vel impudicam converſationem, aut religionis [1], vel ſectæ diverſitatem recuſaverit, vel eo quod quaſi vir coitum [2] (ex quo ſpes ſobolis oritur) facere non potuerit, vel ob aliam [3] juſtam excuſationis cauſam: ſi quidem probatum fuerit ante datas easdem arrhas ſponſalitias hoc idem mulierem [4], vel parentes ejus cognoviſſe; ſibi debeant imputare. Sin vero horum ignari ſponſalitias arrhas ſuſceperint, vel poſt arrhas datas aliqua juſta cauſa pœnitentiæ interceſſerit: eisdem tantummodo redditis, ſuper alterius ſimpli pœna liberi cuſtodiantur. † Quæ [5] omnia ſimili modo [6] etiam [7] de ſponſis ſuper recipiendis necne, arrhis præſtitis cuſtodiri cenſemus: quadrupli [8] videlicet pœna, quæ in anterioribus legibus definita erat, in [9] qua & arrharum quantitas imputabatur, ceſſante: niſi [10] ſpecialiter aliud ex communi conſenſu inter contrahentes de eadem quadrupli ratione placuerit. † Extra definitionem [autem] hujus legis, ſi cautio pœnam ſtipulationis continens fuerit interpoſita, ex utraque parte nullas vires habebit: cum in contrahendis nuptiis libera [11] poteſtas eſſe debeat. Dat. Kal. Jul. MARTIANO & ZENONE CONSS. 469.

De proxeneticis.

Hujus legis epitomen retulerat ex Harmenopulo [12] Contius, ſed eam integram ex Baſilicis edidit Cujac. *lib.* XI. *obſ. cap.* 18.

6.

CONſtitutio [13] vult, ne [14] proxeneta, ſeu conciliator [15] nuptiarum quidquam capiat. Si tamen omnino ſuſtineat aliquid accipere, ſi quidem nihil de ea re convenerit, nihil omnino conſequatur: ſin pactum interceſſerit, non ultra viceſimam partem dotis, & ante nuptias donationis exigat, ſi dos ad ducentas usque libras auri pertingit: minus autem, ſi quidem volet, ut accipiat; liberum ei facit. † Sin vero cujuscunque [majoris] quantitatis dos fuerit, ultra decem [16] libras auri proxenetam accipere non permittit, neque ſi perfecta eſt dos, vel ante nuptias donatio. † Quod ſi præter hæc aliquis pactus ſit, ne exigatur, ſed & ſolutum reddatur, ſive pecuniam accepit, ſive res, datave eſt ei confeſſio debiti, aut omnino accepit aliquid mobile, vel immobile, vel ſe movens: intentatis actionibus non ſolum contra accipientem, ſed etiam contra ejus heredes: nec ſolum ab eo qui dedit, ſed etiam ab ejus heredibus: pœna decem librarum auri definita adverſus eos, qui præter hæc [aliquid] agere tentaverint.

TIT. II.

SI RECTOR [17] PROVINCIÆ, VEL AD EUM PERTINENTES SPONSALITIA [18] DEDERINT.

1. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

SI [19] quis in poteſtate publica poſitus, atque honore adminiſtrandarum provinciarum, qui parentibus, aut tutoribus, aut curatoribus, aut ipſis quæ matrimonium contracturæ ſunt, poteſt eſſe terribilis [20], arrhas ſponſalitias dederit, jubemus [21]: ut deinceps, ſive parentes, ſive eædem mutaverint voluntatem: non modo juris laqueis liberentur, pœnæque [ſtatutæ] expertes ſint: ſed extrinſecus data pignora lucrativa [22] habeant [23], ſi ea non putent eſſe reddenda. Quod ita late patere volumus, ut non [24] ſolum circa adminiſtrantes, ſed etiam circa adminiſtrantium filios [25], nepotes ac propinquos: [&] participes [26] [id eſt, conſiliarios,] domeſticosque locum habeat: quibus tamen adminiſtrator operam dederit. † Impleri autem id poſtea matrimonium non vetamus, quod tempore poteſtatis ob eas perſonas de quibus locuti ſumus, arrhis fuerat obligatum, ſi ſponſarum conſenſus accedat. Dat. 15. Kal. Jul. *Theſſalonicæ*, DD. NN. GRATIANO A. V. & THEOD. A. CONSS. 380.

TIT. III.

DE DONATIONIBUS [27] ANTE [28] NUPTIAS, VEL PROPTER [29] NUPTIAS, ET SPONSALITIIS.

De muneribus ſponſalitiis, ſi ea, quæ donat vir futurus, tradiderit uxori, vel donandi animo dotem auxerit.

1. Impp. SEVER. & ANTON. AA. Metrodoro.

MUltum intereſt, ſi ea quæ donat vir futurus, tradiderit [30] uxori [31], & poſtea [32] in dotem acceperit: an vero donandi animo dotem auxerit, ut videatur accepiſſe, quod non accepit: priore enim caſu donatio non impeditur, & res quæ in ea cauſa ſunt dotis effectæ, judicio de dote peti poſſunt: poſteriore [autem caſu] nihil actum eſt donatione: & quod in dotem datum non eſt, repeti non poteſt.

De nuptiis non ſecutis.

2. Imp. ALEXAND. A. Attalo.

SI [33] Præſidi provinciæ probaveris, ut [34] Eutychiam uxorem duceres, munera [35] te parentibus ejus dediſſe: niſi Eutychia tibi nupſerit, [tibi] reſtitui, quod dediſti jubebit.

De dolo.

3. Idem A. Marcellæ.

POllicitatione a fratre quondam tuo ſponſalium [36] cauſa facta, etſi [37] in ſtipulationem deducta ſit, ideo præſtanda non fuit, quoniam in dote uxor maritum fefellit [38]: Exceptionem [39] [itaque doli] adverſus actionem ex ſtipulatu recte objicies.

1 *d. l.* 16. vid. *l.* 15. *C. de Judæis. Novell. Leonis* 93. Goth. De Jure Canonico licet cum hæreticis ſive ſectariis commiſcere conjugia. *c.* 16. 28. *quæſt.* 1. *c.* 14. *de hæreticis. in* 6. Anſ. 2 Adde *l.* 14. §. 7. *ff. de ædilit. edict. Novell.* 117. *c.* 12. 3 Puta abſentiam biennii, vel triennii. *l.* 2. *C. h. t.* lepram, niſi ſponſalia ſint de præſenti, *extra. de conjugio leproſor.* vid. Wurmſ. 1. *pract.* 35. *obſ.* 2. vel quia virgo putabatur, quæ tamen mulier deſpondit. *arg. l.* 11. *in fin. ff. de act. empt.* 4 Arrhas etiam dari a ſponſa ſponſo hic locus innuit, quod & Accurſius notavit *J. verſ. Quæ omnia.* Id tamen Cujac. 4. *obſerv.* 26. negat: atque in ſponſalibus ſponſum, non ſponſam arrhas dare. 5 Arrhas acceptas ſponſus quemadmodum reſtituat. 6 Sciens prudens quæ cum turpi, cum prodigo, cum hæretico, cum impotente vel ſimili ſponſalia contrahit, & arrhas ei dat, etiamſi juſtam repudii cauſam habeat, arrhas tamen non repetit, *ut hic: & dict. l.* 16. *C. de epiſc. aud.* Sic creditores qui ſcientes inopem heredem paſſi ſunt in hereditate morari, ab eo ſatisdationem non exigunt. *l.* 31. §. 2. *ff. de reb. aut. judic.* Sic in emptionibus, ſcienti vitium non ſuccurritur. *l.* 1. *in fin. ff. de act. empt.* Prudens emiſti vitioſum, dicta tibi eſt lex. *Horat.* Huic vicinum eſt, quod Jaſon ad *l.* 24. *ff. ſolut. matrim.* negat conſtante matrimonio, uxorem dotem repetere poſſe, quæ ſcienter cum viro inope, vel prodigo, vel obærato contraxit, aut mox non idoneo futuro: eamque opinionem Gailius probat, 2. *obſ.* 84. *arg. l.* 145. *ff. de reg. jur. c. Scienti* 27. *de reg. in* 6. *l.* 34. *C. de tranſact.* Idem dicendum eſſe de creditoribus minus idoneos fidejuſſores probantibus, vid. *l.* 10. *in fin. ff. qui ſatisd. l.* 3. *in fin. ff. ut in poſſeſſ.* ſed & eo qui ſciens luminibus effoſſis hominem emit. *l.* 43. §. 1. *ff. de contrahend. empt.* quod ad uxorem attinet, ſuperiora vix probare poſſum, Bartolum & Ripenſem in eo ſecutus: qua de re vide quæ dixi ad *d. l.* 24. 7 Quæ de ſponſo dicta ſunt, ad ſponſam accommodantur. 8 *l.* 6. *C. Theod. h. t. l. unic. C. Theod. ſi provinciæ rector. l. unic. C. Theod. ſi nuptiæ.* 9 Quadruplum regulariter ipſum principale, rem ipſam principalem in pœnis continet. 10 Atqui pœnis legum contenti eſſe debemus. *l.* 19. *ff. de verb. oblig.* Solve: Quadruplum hic licet ſtipulari, quia jure vetere, etiam in hanc rem legitima fuit pœna quadrupli. *d. l.* 6. *d. l. unic. C. Theod. ſi provinciæ. d. l. unic. C. Theod. ſi nuptiæ.* Quadrupli pœna hodie tantum ex conventione valet. vid. Cujac. 16. *obſerv.* 34. & 4. *obſerv.* 22. & 11. *obſerv.* 17. 11 Liberæ nuptiæ eſſe debent. *l.* 12. 14. *J. de nupt.* Quid? Metus ſummo pudore patri exhibitus (reverentialem metum quidam appellant) vitiatne nuptias? non vitiat. Talis enim metus non cadit in virum conſtantem, niſi cauſa cognita conſtet ob nimiam reverentiam parentum, liberos tacuiſſe. vid. Gailium 2. *obſerv.* 39. Quid? hujusmodi matrimonium poteſtne convaleſcere? Wurmſer. 1. *pract.* 36. *obſerv.* 1. ait, ſpontanea cohabitatione & copula matrimonium convaleſcere: eoque caſu judicem quantitatem moræ, & amorem conjugum inter ſe conſiderare. *c. ad id, quod.* 21. *x. de ſponſalibus. c. diſcretionem.* 6. *x. de eo qui cog. conſang.* Hujusmodi ſubſequente copula novum conſenſum induci, metum tolli. *l.* 2. *ſupr. de his, quæ vi metuſve.* Idque maxime in eo perſpici, qui a parentibus puellæ deprehenſus, coactus eſt cum puella matrimonium contrahere. Gailius *d. loco.* 12 4. *tit.* 3. §. *ult.* extat eadem conſtitutio apud autorem *Synopſ. Baſil.* 54. *tit.* 13. περὶ προξενητῶν, *c.* 4. 13 Interpretatio Leunclavii. 14 Τὸν προξενοῦντα γάμον. 15 Quid proxeneta, vid. *l.* 3. *ff. de proxenet.* 16 Id eſt, ſeptingentos viginti aureos & ita certus hic modus proxeneticis nuptialibus datur, ut & advocato plerumque centum aurei. *l.* 1. §. 12. *in fin. ff. de extraord. cognit.* Interdicuntur omnino proxenetica præpoſitis eccleſiaſticis. *Novell.* 123. *c.* 16.

17 Ἄρχων præſes, 4. Harm. 2. §. 10. Idem in quocunque magiſtratu, & adminiſtrante officium. *l. unic. infr. ſi quacunque præditus poteſtate. l.* 38. *ff. de ritu. Syn. Baſil.* 28. *tit.* 5. *cap.* 39. 42. & *tit.* 4. *c.* 19. 18 Sponſalia. *C. Theod. h. t. lib.* 3. *tit.* 6. ſponſalitias dederint arrhas. *Hal.* Sponſalitia, *ut hic,* & *l. ult. infr. de ingenuis manumiſſis.* pignora. *l.* 6. *in fin. C. Theod. de ſponſal.* & *antenupt.* arrharum nomine data. *l.* 1. *J. ſi nuptiæ ex reſcripto.* Græci μνῆστρα. Hieronymus in virginitatis laude. *Humanorum ſponſaliorum pignoribus ſubarrhantur.* Arrhæ in ſponſalibus non erant nummi, ſed vel annulus pronubus vel monilia, ut in Maximino juniore apud Capitolinum & apud Heſychium, inde κάτοχμα καὶ ἔνοχμα, περιθέματα ἀρραβωνιακά. vid. Cujac. 11. *obſerv.* 17. 19 *l. unic. C. Theod. h. t.* 20 Φοβερός. 4. Harmen. 2. §. 13. 21 *l.* 38. *l.* 63. *ff. de ritu nupt. l. un. J. ſi quacunque præd. poteſtat.* 22 Καὶ κερδαίνειν τοὺς ἀρραβῶνας. 28. *Eclog.* 1. *c.* 20. 23 Imo non lucratur. *l.* 38. *ff. de ritu.* Quidam abrogari putant dictam *legem* 38. Cyrillus Græcus interpres *legem* 38. refert ad nuptias ab officiali præſidum contractas, qui ut præſidibus lege inferior nuptias contrahendo levius peccare præſumitur. Hanc vero legem refert ad ipſos præſides, eorum filios, nepotes, propinquos, domeſticos, participes ejus, ſeu adſeſſores, quibus ipſe præſes conſtituendis nuptiis operam navaverit. Alia hic etiam adferunt emplaſtra, quæ Cujacius refutat *hic,* & 4. *obſerv.* 21. 24 Sponſalia in ſua provincia præſes contrahere non poteſt: quod ſi contraxerit, liberum eſt puellæ, ejus parentibus, tutoribus & curatoribus, nuptias recuſare, & acceptas arrhas lucrari. Quid filii, nepotes, cognati, domeſtici, conſiliarii ipſius præſidis? eadem ratione in eadem provincia ſponſalia contrahere vetantur, *ut hic.* 4. Harmen. 2. §. 10. & 11. Quid dicendum de præſidum filiabus? Idem ex conſtitutione Leonis 23. Harm. *ibid.* §. 14. Quid ſi præſes ipſe poteſtate exiit, & puella nuptias ejus detrectet? ſtabile conjugium ejus fuerit. *verſ. Impleri. J. h. t.* Harmen. *ibid.* §. 12. 25 *Novell. Leon.* 23. addit filias. 4. Harm. 2. §. 14. 26 Συγκαθέδρους. Græci *Eclog. d. loco.* id eſt, adſeſſoris pertinentes. Cujacius hic, qui Græcis προσήκοντες. adde *l. unic.* §. 3. *C. de contractibus judicum. l.* 3. *C. ſi certum petat.*

27 Donatio propter nuptias hodie eſt contractus ſpecialis. *Novell.* 119. *cap.* 1. 28 §. 3. *Inſtit. de donationibus.* 3. *C. Theod.* 5. περὶ μνηστείας δωρεῶν. 8. *Eclog. tit.* 4. 29 Donatio ante nuptias vel propter nuptias, idem. Fit enim propter nuptias: plerumque, ante nuptias: interdum poſt nuptias. §. *pen. Inſt. de donationibus.* Quod ita donatur a marito uxori in vicem dotis ἀντιφέρνη. *l. ult. J. h. t.* Ejusdem juris eſt hæc donatio, cujus & dos, eadem pacta recipit, eandem quantitatem. *Novell.* 97. *cap.* 2. *verſ. Primum.* Eandem, quoniam ſupra dotem, mortuo marito uxori redditur ὑπόβολον, id eſt, dotis incrementum. Demetrius Chartophylax, *quæſt.* 55. & 4. Harmenopul. 10. Eſt enim Græcis ὑποβάλλειν, adjicere. Dotalitium dicitur *in cap. plerumque* 4. *extr. de donat. inter vir. can.* 10. *ſi autem.* 36. *quæſt.* 2. & Roberto *in Chronico,* Wilhelmus, inquit, Rex Siciliæ fecit chartam Johanni reginæ de dotalitio ſuo: In conſtitutionibus Neapolitanis dotarium, a Longobardis Morgangheba. vid. Cujac. 2. *Feudor.* 9. a Gallis *Douaire,* quod tamen Cujacius plene non probat. 5. *obſerv.* 4. *in fin.* Ex Græcis alii reddidere dimidiam, alii tertiam, niſi aliud contractum fuiſſet. 4. Harmenop. 10. Moribus Tholozanis redditur dimidia: more Longobardorum, quarta pars bonorum mariti. *l.* 11. *C. Longobard. de his, quæ a viro.* Romano jure, tertia dotis. 2. *Feudor.* 8. §. 2. Conſtitutionibus Neapolitanis tertia bonorum mariti. *lib.* 3. *tit.* 13. 15. 16. & conſuetudine Normanniæ. Gothorum jure, decima bonorum mariti. Porro, ὑπόβολον non debebatur uxori, niſi in cubiculum mariti veniſſet, & hoc eſt quod dicitur, *Au coucher gagne la femme ſon douaire.* Virgini, ut Harmenopulus 4. *tit.* 10. docet, non dicitur ὑπόβολον. quod erat tertia pars dotis: ſed θεώρηθρον, quod erat duodecima. Id Græci quoque dixere ἀνακαλυπτήριον. vid. Cujac. 2. *Feudor.* 9. Apud Gallos doarium aliud eſt conſuetudinarium, ſive ſtatutarium, aliud conventionale ſeu præfixum. Hoc legem accipit a contrahentibus. Illud a lege vel ſtatuto, utrumque tamen plerumque conjungitur, daturque alterutrius uxori electio. His adde Clar. 3. *ſent.* §. *donatio. qu.* 11. 30 Dotem non acceptam poteſt maritus interdum utiliter in dotem convertere, veluti ſi ante nuptias contractas mille uxori donavit, eaque etiam tradidit, maritus poterit eam ſummam a ſe ita profectam, ab uxore dotis nomine rurſus accipere: & dotis judicio utiliter obligari. Quid ſi tantum ſcripſit, animo dotis augendæ, ſe mille ab uxore accepiſſe, cum vel nihil, vel centum tantum accepiſſet? Donatio hæc impeditur: nihil, inquam, actum eſt ea donatione. Itaque hoc caſu, id tantum quod re ipſa in dotem datum fuerit, repetetur: quod datum non fuerit, non repetetur hac lege. *Synopſ. Baſil.* 28. *tit.* 3. *cap.* 1. & 4. Harmen 3. §. 1. Quid, ſi quidem non tradidit, ſed conſcripſit mille, citra animum augendæ dotis, ſed ut revera donaret, deinde eadem mille cautione comprehenſa, mulier viro in dotem attulerit, una cum cæteris chirographis & nominibus & vir ſciens prudens, inter cætera dotis eam cautione mille continentem dotis nomine ſe accepiſſe conſcripſerit? Puto idem fore, ac ſi eadem mille re ipſa tradidiſſet. Novo enim jure promiſſæ animo donandi, res neceſſitatem traditionis continent. *l. ſi quis argentum.* 35. *infr. de donationibus.* huic legi intelligendæ omnino adde Conſtantinum Rogerium *tractatu de dote, cap. Quinto oportet videre.* 31 Id eſt, ſponſæ. nam quod uxori quis largitur, etſi donationis nomine tradiderit, debet maritus in eadem voluntate ad mortem usque permanere. Scholiaſt. Harmen. 3. *tit.* 3. §. 4. 32 Hæc donatio contractus eſt ſpecialis. *Novell.* 119. *cap.* 1. *in princ.* idque ita colliges, donatio propter nuptias comparatur doti. §. *penult. Inſtit. de donat.* Dos autem eſt contractus. *l.* 65. *ff. de judiciis. l.* 23. *ff. de reg. jur.* 33 Donationum ante nuptias dominia ab ipſo quidem initio donationis recte conſtituuntur ſeu adquiruntur: ſub condicione tamen revocantur, ſi non ſubſecutæ fuerint nuptiæ. Harm. *ibid.* §. 2. 34 Res tantum promiſſas a ſuo ſponſo ſponſa in ſuam dotem redigere non poteſt. Papon. 1. *Notar.* 4. *c. de contract de mariage.* Cur ita? vid. *l.* 4. *J. h. t.* ſibi donatas & traditas poteſt. *l.* 5. *J. de ſecund. nupt.* ad ſe miſſas citra donationis animum, (qui in dubio non præſumitur) non poteſt, cum eas accepiſſe præſumatur, ut ornatior ad virum accederet: non ut dotem ſuam augeret. Clar. 3. *ſent.* §. *donatio. quæſt.* 10. Conſtante vero matrimonio quæ ornamenta a marito uſus ſui neceſſarii cauſa mulier acceperit marito mortuo, in dubio, ea lucratur. Clar. *ibid.* Andr. Gail. 2. *obſ.* 91. niſi contraria ſit conſuetudo. Roland. a Valle 1. *conſ.* 10. *n.* 12. 35 Donata ſponſæ parentibus a ſponſo, ut nuptiæ fiant, nuptiis non ſecutis, ea recte repetuntur. *Synopſ. ibid. cap.* 2. Harmenop. *ibid.* §. 7. 36 Datum ob cauſam matrimonii futuri cauſa non ſecuta, condicitur. Sponſalia. *l.* 8. *J. de præd. & aliis reb. minor. Novell. Valentin. verſ. Opportunum duximus. de epiſcop. jud.* ſeu ἀντιφέρνη, ſeu ſponſalitia largitas. *l.* 4. *J. de ſecund. nupt.* dotis eſt ἀντισήκωσις. Scholiaſt. *Synopſ. Baſil.* 26. *tit.* 1. περὶ γαμικῶν amuſſis, levamentum atque ſacoma. 37 Stipulatio juſtam pollicitationem non doloſam firmat. 38 Sponſalitia largitas, amplæ dotis contemplatione facta condicitur, ſi dos eſt minor, quam promiſſa. 39 Doli exceptio actorem repellit. *l.* 36. *ff. de verb. obl.*

De donatione collata in tempus nuptiarum.

4. Imp. GORDIAN. A. Marcello.

QUod ſponſæ ea lege [1] donatur, *Ut [tunc [2]] dominium ejus adipiſcatur, cum nuptiæ fuerint ſecutæ,* ſine effectu eſt [3].

Si nuptiæ ſequi non poſſunt.

5. Impp. VALENTIN. & GALLIEN. AA. Theodoræ.

EA quæ tibi ut ſponſæ daturum ſe promiſit is, qui te ficto [4] cœlibatu, cum aliam matremfamilias domi reliquiſſet, ſollicitavit ad nuptias, petere cum effectu non potes: cum tu ſponſa, uxore domi poſita, non [5] fuiſti.

De donatione die nuptiarum facta.

6. Imp. AURELIANUS A. Donatæ.

CUm [6] in te ſimplicem donationem dicas factam eſſe die [7] nuptiarum & in ambiguum poſſit venire, utrum a ſponſo, an a marito donatum ſit: ſic diſtinguendum eſt, ut, ſi in tua [8] domo donum acceptum eſt, ante nuptias videatur facta eſſe donatio: Quod ſi penes [9] ſe dedit ſponſus, retrahi poſſit: uxor enim fuiſti [10].

De verbo remanere.

7. Imppp. CARUS, CARIN. & NUMER. AAA. Lucianæ.

SI, cum ante nuptias munera darentur, ita conventum eſt, atque hujusmodi conſcripta eſt pactio, *Ut ſi qua ſors extitiſſet contra voluntatem ejus, & matrimonium diſtraxiſſet, tunc quæ data erant, apud eum qui dediſſet, heredemve ejus remanerent* [11]: poteſt, qui hereditatem ejus accepit, cui pacta puella munera lege prædicta ſuſceperat, eadem jure poſtulare.

De jure alienandi.

8. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Euphroſynæ.

SI ante matrimonium major quinque & viginti annis conſtitutus ſponſæ ſuæ, licet ante ſponſalia, fundum donavit, eamque in vacuam induxit [12] poſſeſſionem: poſtea nullo titulo ſuperſtitem, vel teſtamento eundem relinquentem, alienare potuiſſe certi ac manifeſti juris eſt.

De reſcriptis.

9. Iidem AA. & CC. Juliano.

CUm te ſponſæ [13] filii tui quædam donaſſe confitearis: perfectam donationem reſcindi, nec noſtro oportet reſcripto [14], quam tua voluntas jurisque auctoritas fecit ratam.

De nuptiis non ſecutis.

10. Iidem AA. & CC. Dionyſio.

SI [15] filiæ tuæ ſponſus, ei mancipium donavit, ac tu in eum jumenta liberalitatis ratione contuliſti, nec nuptiis ſecutis, contra juris rationem, quod dederat, abſtulit [16]: non invicem datorum reſtitutio, ſed ejus quod illicite rapuit, repetitio competit [17].

De morte ſponſi, qui donavit.

11. Iidem AA. & CC. Neæ.

SI tibi res proprias liberalitatis cauſa ſponſus tuus tradidit, eo quod ab hoſtibus poſtea interfectus [18] eſt, irrita donatio fieri non poteſt.

De divortio.

12. Iidem AA. & CC. Timotheæ & Cleotimæ.

SI [19] mater veſtra filiæ ſuæ ſponſo, vel marito prædia ſine [20] ulla repetendi lege donavit, & eum in vacuam poſſeſſionem induxit: nuptiis divortio ſolutis, perfecta non diſſolvitur donatio.

De creditoribus donatoris.

13. Iidem AA. & CC. Alexandro.

DE rebus in ſponſam donationis gratia collatis, creditores [21] mariti facti, ſi non prius obligatas eas ſibi probent, eam convenire minime poſſunt.

Mater conſentiens donationi rei ſuæ, venire contra non poteſt, etiam pecuniam rei offerendo. Bald.

14. Iidem AA. & CC. Aureliæ.

SI conſentiente [22] matre ſua ſponſus filiæ tuæ mancipia donavit: &, his acceptis in dotem non æſtimatis, in matrimonio poſt deceſſit: mater eademque heres [23] ejus pretium offerens, reſtitutionem eorum improbe recuſat.

Donatio inter ſponſos præſumitur eſſe largitas ſponſaliorum, & matrimonio non ſecuto, donatum redditur donatori, niſi per ipſum donatorem ſtetit quod matrimonium non ſequatur. Bald.

15. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum Præfectum urbi.

CUm [24] veterum ſententia diſpliceat, quæ donationes [25] in ſponſam nuptiis quoque non ſecutis decrevit valere; ea, quæ largiendi animo inter ſponſos, & ſponſas jure celebrantur, redigi ad hujusmodi conditiones jubemus: ut ſive [adfinitatis coëundæ cauſa, ſive non ita, vel] in poteſtate patris degentes, vel ullo modo proprii juris conſtituti, tanquam futuri cauſa matrimonii aliquid ſibi ipſi, vel conſenſu parentum mutuo largiantur: ſi quidem ſponſus, [vel] parentes ejus [ſortiri] filium [noluerint] uxorem: id quod ab eo donatum fuerit, nec [26] repetatur traditum: & ſi quid apud donatorem reſedit, ad ſponſam, [& heredes ejus] ſummotis ambagibus transferatur. Quod ſi ſponſa, vel is, in cujus agit poteſtate, cauſam non contrahendi matrimonii præbuerit: tunc ſponſo ejusque heredibus ſine aliqua deminutione [per condictionem, aut per utilem actionem in rem] redhibeantur. Quæ ſimiliter obſervari oportet, & ſi ex parte ſponſæ in ſponſum donatio facta ſit. Dat. 16. Kal. Novemb. PP. 16. Kal. Sept. *Romæ,* CONSTANTINO A. V. & LICINIO CONSS. 319.

Quando ſponſus donavit ſponſæ, & non intervenit oſculum, repetitur omne datum: ſed ſi intervenerit oſculum, repetitur dimidia pars: aliam lucratur ſponſa ratione oſculi. Bald.

16. Idem A. ad Tiberianum Vicarium Hiſpaniarum.

SI a ſponſo rebus ſponſæ donatis interveniente [27] oſculo [28] ante nuptias hunc, vel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad ſuperſtitem pertinere præcipimus, dimidiam ad defuncti, vel defunctæ heredes, cujuslibet gradus ſint, & quocunque jure ſucceſſerint: ut donatio ſtare [pro] parte dimidia, & reſolvi pro parte dimidia videatur. Oſculo vero non interveniente, ſive ſponſus, ſive ſponſa obierit, totam infirmari donationem, & donatori ſponſo, vel heredibus ejus reſtitui. Quod ſi ſponſa interveniente, vel non in-

1 Id eſt, in tempus matrimonii. *l.* 32. §. 22. *ff. de donat. int. vir. & uxor. l.* 97. §. 2. *ff. de verb. oblig.* Donaturus aliquid uxori futuræ, dominii translationem in tempus nuptiarum rejicere non debet. & ita non inſpicitur initium promiſſionis, ſed tempus effectus & executionis. Bald. *hic.* 2 Paria ſunt, aliquid fieri tempore prohibito, vel conferri in tempus prohibitum, *ut hic.* Ratio igitur conſtitutionis hujus hæc eſt: quod donatio referatur ad tempus matrimonii, quo tempore ratæ non ſunt donationes inter conjuges factæ: multum igitur intereſt, quis ut ſponſæ donet, an ut uxori. 4. Harmen. 3. §. 5. *l.* 5. *J. h. t.* Retro: paria ſunt, aliquid fieri tempore permiſſo, & conferri in tempus permiſſum. *l. in tempus.* 62. *ff. de hered. inſt.* 3 Cur ita? Ante matrimonium non tranſiit dominium, quia non fuit res tradita. *l.* 2. *C. h. t.* Poſt matrimonium, etiam non tranſiit, quia, licet tradit, transferre etiam non potuit. vid. *l.* 8. *J. de donat. inter vir.* Quoties enim transferri dominium non poteſt, ex eo non oritur obligatio. 4 Qui uxorem habens fingit ſe cœlibem atque ita aliam deſpondens quid promiſit, ex ea promiſſione conveniri non poteſt: ſi quid tamen dederit, non poterit repetere. 28. *Eclog.* 4. *c.* 5. 5 Poteſt enim nemo ſimul & uxorem domi habere, & alibi ſponſam. vide quæ dixi ad *l.* 7. *in fin. C. de Judæis.* 6 Donare ſponſæ ſuæ quis poteſt, nupræ non poteſt. Quid ſi ipſo die nuptiarum donaverit? quæri poteſt, an ea donatio tanquam in ſponſam collata valeat, an potius tanquam in uxorem facta non valeat? In hoc ſcrupulo perveſtigandum eſt, ubinam mulier fuerit, cum in eam donatio eſt collata. Nam ſi mulier tunc in ſua domo erat, in ſponſam videtur collata donatio: ſin vero erat in domo viri, tanquam in nuptam cenſetur facta donatio. Jam enim ab eo tempore nupta, & non ultra ſponſa fuiſſe videtur, *ut hic.* 4. Harmen. 3. §. 9. *Synopſ. Baſil. l.* 8. *tit.* 3. *c.* 6. 7 Valet donatio facta uxori die nuptiarum, Cum in ſua domo eſſet: ſecus, ſi cum eſſet in mariti domo. 8 Quod mulieri in ejus domo die nuptiarum donatur, nondum uxori donatur, ſed ſponſæ, *ut hic.* 28. *Ecl.* 4. *c.* 6. 9 Domus viri domicilium eſt matrimonii. *l.* 5. *in fin. ff. de rit. nupt.* In ea abſenti mulier nubere poteſt, per nuntium ſc. in ſua non poteſt. vid. Paul. 2. *ſent.* 19. §. 5. 10 Uxor cenſetur, quæ in domum viri deducta, *ut hic.* licet virgo. *l.* 7. *ff. de ritu nupt. l.* 8. *J. de inceſtis & inutilib. nupt.* 11 Verbum *remanerent,* hic ſumitur pro reſtituantur & ita mentem magis, quam verba ſpectamus. 12 Perfecta donatio revocari non poteſt etiam teſtamento. *Novell.* 61. *cap.* 1. *in pr.* 13 Quod ſocer nurui dedit, reſcripto Principis revocare non poteſt, *ut hic.* 28. *Synopſ.* 4. *c.* 9. & ita donatio cedit in nurus commodum; niſi conſtet ipſum ſocerum, vel conſanguineos mariti alio animo donaſſe, quam ut nurui adquireretur. *l.* 12. *J. h. t.* Alias in dubio res donatæ uxori a conſanguineis mariti, ſunt mariti, cum ejus contemplatione donata ſint. Bart. *arg. l.* 10. §. 6. *ff. de vulgar. & pupill. ſubſt.* vid. Roland. a Valle 1. *conſ.* 10. *n.* 10. 11. & *paſſim eod. conſ. n.* 8. 9. Clar. 4. *ſent.* §. *donatio. q.* 10. *verſ. Sed nunquid.* quod Alciat. non probat 2. *præſumpt.* 18. Movetur, quod donata per avum nepoti, patri non adquirantur, licet patris contemplatione donentur. *Doctores in l.* 91. *ff. de leg.* 1. Movetur etiam, quod donata reipublicæ legatis, donentur occaſione reipublicæ. *Doctores in l.* 64. §. 5. *ff. ſoluto matrim.* Movetur quoque, quod donatio facta uxori a conſanguineis mariti, marito non quæratur, ut cui nulla facta ſit promiſſio, nulla traditio. *l.* 20. *C. de pact.* Movetur etiam *l.* 12. *J. l.* 7. *C. de condict. ob cauſ.* in qua, quod ſimpliciter donatur alicujus uxori, ſimpliciter donatum valet, neque præſumitur datum occaſione mariti: alias ſeptem objectiones vide apud Roland. a Valle 1. *conſ.* 10. *n.* 89. Donatum adrogato ab adrogatoris amico vel cognato, ipſe adrogatus beneficio ipſius adrogatoris habere intelligitur, ideoque hujusmodi res donatæ ad eum, quem adrogato ſuo adrogator ſubſtituerit, pertinebunt. *l.* 10. §. 6. *ff. de vulgar. & pupill. ſubſt.* ſic donatum vel promiſſum viro a cognato, vel ab alio, uxoris juſſu, non fit mariti. *l.* 7. *ff. de condict. ob cauſ.* Donatum a viro ſervis uxoris, non fit uxoris aut ſervorum ejus. *l. pen.* §. 1. *ff. ſoluto matrim.* ſic donatum ſponſæ, vel uxori ut cultior eſſet, repeti poteſt. *l.* 5. §. 10. *ff. commodat.* Datum ſervo, non ut ſemper, ſed ad certum uſum certis temporibus utatur, non eſt peculii. *l. id veſtimentum.* 25. *ff. de pecul.* ſic veſtimentum ex lana viri mulieri confectum, ipſius etiam mulieris cura, viri eſt. *l. ſed ſi vir.* 31. *ff. de donat. inter virum.* 14 Vid. *l.* 5. *J. de revocandis donat.* Neque enim decet Principem in alicujus detrimentum vana, & inania conferre beneficia. 4. Harm. 3. §. 10. 15 Sponſus ſponſæ quædam donavit: viciſſim quædam a patre ſuæ ſponſæ accepit: Nuptiis non ſequutis, ſponſus res a ſe donatas abſtulit: quæritur an ſponſæ pater eo nomine donationem a ſe factam revocare poſſit? non poteſt: ſed rapta a ſponſo filiæ ſuæ, quem generum fore ſibi exiſtimabat, repetere, *ut hic. Syn.* 28. *tit.* 3. *c.* 10. 4. Harm. 3. §. 12. 16 De facto. 17 27. *Eclog.* 4. *c.* 10. Imo non competit. *l.* 15. *J. h. t.* 18 Morte ſponſi donatio propter nuptias non fit irrita. 19 Donare genero ſuo ſocrus poteſt, adeo, ut etſi matrimonium ſolutum fuerit cum donatricis filia, donatario non poſſint condici res donatæ. *Synopſ. Baſil.* 28. *tit.* 3. *c.* 12. 20 *l.* 23. *infr. de donat. inter vir.* Quod ſimpliciter donatur, ſimpliciter valet. *l.* 7. *ſupr. de condict. ob cauſ.* Ideoque donata uxori a conſanguineis mariti, uxoris fieri debent. dixi ad *l.* 9. *C. h. t.* 21 Creditores vel hypothecarii antiquiores res ſponſæ donatas avocare poſſunt. *Synopſ. d. loco, c.* 11. *l.* 2. *J. de revocand. his quæ in fraud.* E contrario, res donatas ſponſæ maritus alteri obligare non poteſt. Bald. *hic.* vel ita: Donatum ſponſæ a ſponſo, anteriores ſponſi creditores conferre non poſſunt, niſi hypothecam habeant: & ut Harm. 4. *tit.* 3. §. 13. notat, niſi ſpecialiter res ita donatas obligatas habuerint. Neque tamen hinc collige mulierem in rebus ita donatione acceptis (ὑπόβολον Græci vocant) jus tacitæ hypothecæ habere. Scholiaſt. Harmen. *ibid.* §. 14. nec enim habet. *l. aſſiduis.* 12. *in fin. J. qui potior. in pign.* 22 Filius res matris donare propter nuptias poteſt, ea conſentiente: res ita donatas mater revocare non poteſt, etiamſi pretium rei donatæ offerat. facit *l.* 41. *ff. de rei vind.* Poteſt enim quædam in re donata eſſe utilitas, quæ pretio deſit: ut eo pacto pretium non ſemper rerum ipſarum vicem ſuſtineat. 23 *l.* 1. §. 1. *ff. de except. rei vend.* 24 *l.* 2. *C. Theod. de ſponſal.* 25 Donationes in ſponſam factæ parentum conſenſu, nuptiis non ſecutis culpa ipſius mulieris, reſtituendæ ſponſo: non ſecutis culpa donatoris, donatarius non modo rem ipſam retinere poteſt, (ſi eam jam habeat) ſed & nondum acceptam, aut ſibi traditam poteſt condicere. adde *Synopſ. Baſil.* 28. *tit.* 3. *cap.* 15. 26 Imo repeti poteſt. *l.* 10. *in fin. C. h. t.* 27 Oſculi ſponſæ a ſponſo dati vim obſerva. Donavit ſponſus ſponſæ, eamque tempore ſponſaliorum oſculatus eſt? mortuo ſponſo, dimidiam partem rerum donatione acceptarum ſponſa lucratur: alteram reſtituit ſponſi heredibus. Quid ſi eodem caſu, ſponſa præmortua eſt? ſponſæ heredes dimidiam partem rerum donatione acceptarum lucrantur, dimidium reſtituunt ſponſo ſuperſtiti vel ejus heredibus. *hac l. in princ.* Quid ſi oſculum non intervenit? utrinque res donatione acceptæ reſtituuntur. *verſ. Oſculo.* Quid ſi ſponſa ſponſo donavit & alterutrum horum mori contigit? ἀναδίδοται πάντως ἡ δωρεὰ, id eſt omnino reſtituitur donatio: omnino, inquam, id eſt, non quærimus, an oſculum intervenerit necne. *Syn. d. loco. c.* 16. 4. Harm. 4. περὶ φιλήματος μνηστήρων, de oſculo ſponſorum, §. 11. 28 Oſculi ſponſæ a ſponſo dati vim obſerva. 28. *Eclog.* 4. *c.* 16. Per oſculum & dexteras reſignatur pudor ſpiritu. Tertull. *lib. de velandis virginib.* Ovidius: *Oſcula ſi dederis, fies manifeſtus amator.* *Beguinarum* fuit is error, oſculum mortale eſſe peccatum, ut merito poſte damnatus is error fuerit. *cap. ult. Clement. de hæreticis.* Illud de oſculo adjiciendum eſt, Solo oſculo non contrahi propinquitatem. *can.* 18. *lex divina* 27. *q.* 2. & jure Longobardico, propter ſolam oſculationem uxoris domini, vaſallum feudum amittere, *tit. quibus mod. feud. amittatur.* Sed hæc omnia locum apud Gallos non obtinent, apud quos oſculo pudicitia delibari non creditur, ne quidem in ſponſa: adeo ut ſponſa Tholoſano ſenatusconſulto anno 1575. Julii 12. ſponſalitia munera reſtituere juſſa ſit. Quod tamen in ſponſalibus per verba de præſenti contractis locum habere non videtur. vide Anton. Guibertum *in tractatu de ſponſalibus, cap. de effectu ſponſal. in fin.* Boſſius *in tit. de extraordinariis crimin. n.* 3. refert, quendam capite plexum fuiſſe, quod oſculum per vim nuptæ mulieri rapuiſſet. Benignius eſt tamen pœnam in hujusmodi caſibus arbitrio judicis relinqui, quam tam ſeveram ſententiam imitari. vide Clar. 5. *ſent.* §. *ult. quæſt.* 83. *verſ. Oſculum inferens.* De oſculo alienæ mulieri dato vindicato, vide etiam Valer. 6. *c.* 1. & vindicando, vide Auguſtin. 21. *de civitat.* 11. de eo præſertim quod Græci καταγλώττισμα (quoties vir) ἐν καιρῷ τῆς συνουσίας τὴν γλῶτταν αὐτοῦ τῷ τῆς γυναικὸς ἐκβάλλει ςόματι. hoc eſt, oſculum columbarum. Seneca 20. *epiſt.* 115. Quid ſi quis fœminæ labris columbatur? adde *c.* 4. *nec aliqua.* 27. *quæſt.* 1. De aliis ad oſculum pertinentibus, vide Petrum Gregor. 8. *ſyntagm.* 8. & 36. *ſyntagm.* 12. *in fin.* Petrum Coſtanum in Polyhiſtore, *c.* 4. Addamus & hæc raptim: Moris fuiſſe veteribus dexteram averſam oſculari. 11. Plin. 46. Catoni de provincia decedenti mulieres manum oſculatæ, quod genus honoris Imperatoribus modo: & quidem perpaucis id temporis tribuebatur. Plutarch. *in Catone.* Principes Romani peregre profecturi, vel urbem repetentes, ſenatores oſculo excipiebant, quod a Nerone neglectum. Sueton. *in Nerone, cap.* 10. *in fin.* & Diocletiano, qui pedes oſculandos præbuit. Pomp. Lætus *in Dion.* Oſculum inter Chriſtianos familiare fuiſſe reperio apud veteres, cujus vel abſtinentia, & ſubtractione agnoſcebantur jejunantes Chriſtiani. Tertull. *de Oratione.* Adorantes manum deoſculari ſolitos, colligi poteſt ex illo loco Hieronymi: *Qui adorant,* inquit, *manus ſolent deoſculari, & capita ſubmittere:* quod ſe Job beatus elementis & idolis feciſſe negat.

terveniente oculo, donationis titulo (quod raro [1] accidit [2]) fuerit aliquid sponso largita, & ante nuptias hunc, vel illam mori contigerit: omni donatione infirmata, ad donatricem sponsam, sive ejus successores, donatarum rerum dominium transferatur. Accept. 13. Kal. Maj. *Hispali*, NEPOTIANO & PACATO CONSS. 336.

Donatio ante nuptias facta mulieri in minori ætate non indiget insinuatione. Salic.

17. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Hierio P. P.

MInoribus [3] ætate fœminis, etiam actorum testificatione [4] [in ante nuptias donatione ad eas facta] omissa [5], si patris auxilio destitutæ sint, juste consulitur, ut firma donatio sit. Dat. 10. Kal. Mart. *Constantinop.* TAURO & FELICE CONSS. 428.

Quod ad alterum ex conjugibus revertitur de eo, quod dedit, non tenetur filiis primi matrimonii reservare. Bald.

18. Imp. ZENO A. Sebastiano P. P.

SI liberis ex priore matrimonio procreatis pater ad secundas migraverit nuptias, vel non migraverit: nihil omnino filiis prioris conjugii ex donatione [6] ante nuptias quam ipse, vel alius pro ipso uxori quondam ejus matri communium liberorum donaverit, servare cogitur: quoniam & mater liberis ex priore matrimonio extantibus, post secundas nuptias, multoque amplius si non fuerit alteri marito sociata, nihil iisdem filiis ex dote [7] quam patri eorum ipsa, vel alius pro ea [8] obtulerit, servare compellitur.

Constante matrimonio dos & donatio propter nuptias possunt de novo augeri, & de novo constitui, & pacta de novo apponi, vel vetera prorogari. Bald.

19. Imp. JUSTINUS [9] A. Archelao P. P.

SI constante matrimonio consilium augendæ dotis [10] inierit, vel uxor forte, vel ejus nomine quilibet alius: nihilominus marito quoque liceat, seu pro marito cuilibet alii, tanto donationem [11] ante nuptias additamento majorem facere, quanto dotis augetur titulus. Nec [12] obfit in hujusmodi munificentiis interdictas esse liberalitates [13] tempore nuptiarum: Indulgendum [14] est namque consensui communi partium: ne, cum negetur augendæ potestas donationis, dotis etiam pigrius constituatur augmentum. Idemque licere præcipimus, etiam in his matrimoniis, in quibus interdum [15] accidit ante nuptias quidem donationem nullam esse, solam vero dotem marito mulierem obtulisse: ut etiam tunc muliere dotem augente, liceat [16] marito quoque donationem in uxorem suam ejusdem [17] quantitatis facere, quantum aucta dos continere dignoscitur: pactis [18] videlicet de redhibitione, vel retentione auctæ dotis, vel donationis (prout partes consenserint) pro jam statuto modo ineundis, sive injungendis veteribus [19] pactis, quæ initio nuptiarum de ante nuptias donatione, & dote principaliter constituenda inita sunt. Jura etiam hypothecarum [20], quæ in augenda dote vel donatione fuerint, ex eo tempore initium accipiant, ex quo eædem hypothecæ contractæ sunt, & non [21] ad prioris dotis, vel ante nuptias donationis tempora referantur. † Sed & si e contrario maritus & uxor ad deminuendam dotem, & ante nuptias donationem consenserint: licere eis ad similitudinem [22] deminutionis quæ in dote fit, etiam ante nuptias minuere donationem: ut pacta de amborum deminutionibus [23] ineunda, firma & legitima esse intelligantur: exceptis videlicet his casibus, in quibus aut maritus ex priore matrimonio liberos habens, ad secundas migraverit nuptias: aut uxor similiter ex anteriore matrimonio liberis extantibus, secundo marito se junxerit: in hoc enim secundo matrimonio vel a parte mariti, vel a parte mulieris, vel ab utraque (si hoc etiam acciderit) interdictam esse deminutionem dotis, vel ante nuptias donationis, ne [24] aliquid adverfus filios prioris matrimonii machinari videatur, censemus.

IN AUTHENT. De æqual. dot. & propter nupt. don. §. aliud. coll. 7. tit. 9. al. 8. Novell. 97. cap. 2.

SEd jam necesse est, si alia pars augmentum præstat, alteram [25] quoque partem incrementum celebrare: & si quidem vir alieno ære non impediatur, in rebus quibuslibet procedat augmentum. At si debitor sit, ne fraudis erga creditores suspicio subesse possit, omnino res immobiles incremento dotis proficiant. Si enim mulier immobilis substantiæ domina res mobiles in augmentum dederit: in hac parte dotii nullo utetur adversus alios creditores privilegio.

Donatio ante nuptias, seu potius propter nuptias, potest fieri constante etiam matrimonio.

20. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

CUm multæ nobis interpellationes factæ sint adversus maritos qui decipiendo [26] suas uxores, faciebant donationes quas *ante nuptias* [27] antiquitas nominavit, insinuare autem eas actis intervenientibus supersedebant, ut infectæ maneant, & ipsi quidem dotis commoda lucrentur, uxores autem sine nuptiali remedio relinquantur: Sancimus, nomine [28] prius emendato, ita rem corrigi, & non [29] *ante nuptias donationem* eandem vocari, sed *propter nuptias* [*donationem* [30].] Quare [31] enim dotem quidem etiam constante matrimonio mulieri marito dare conceditur: donationem autem marito, nisi ante nuptias facere non permittatur? & quæ hujus rei differentia rationabilis potest inveniri: cum melius erat mulieribus propter fragilitatem [32] sexus, quam maribus subvenire? sicut enim dos propter [33] nuptias fit, & sine [34] nuptiis quidem nulla dos intelligitur, sine [35] dote autem nuptiæ possunt celebrari: ita & in donationibus quas mariti faciunt, vel pro his alii, debet esse aperta licentia, & constante [36] matrimonio talem donationem facere: quia quasi antipherna [37] hæc possiunt intelligi, & non simplex [38] donatio. Ideo enim & antiqui juris conditores inter [39] donationes etiam dotes connumerant. Si igitur & nomine & substantia nihil distat a dote ante nuptias donatio: quare non etiam ea simili modo & matrimonio contracto dabitur? Sancimus itaque omnes licentiam habere [40], sive prius quam matrimonia contraxerint, sive postea [41], donationes mulieribus dare propter dotis donationem: ut non [42] simplices donationes intelligantur, sed propter dotem, & [43] propter nuptias factæ.

IN AUTHENT. ut immobil. ante nupt. donat. §. Et sancimus. coll. 5. tit. 16. al. 14. Novell. 61. cap. 1.

PErmissa est & in rem [44] actio pro tali donatione mulieri adversus omnes possessores.

† Simplices etenim donationes non [45] propter nuptias fiunt, sed propter nuptias vetitæ sunt; & propter alias causas, & libidines forsitan, vel unius partis egestatem, non propter ipsarum nuptiarum affectionem [46] efficiuntur. Si igitur dote jam prælita, maritus nulla ante nuptias donatione facta donare mulieri res maluerit, ita [47] tamen ut dotis quantitatem non excedant, & hoc ipsum significaverit [48], *Quod non simplicem faciat donationem, sed propter dotem jam conscriptam, & ipse ad donationem venerit*, licebit hoc ei facere, & supponatur [49] pactis dotalibus hujusmodi donatio: & si quidem hoc specialiter fuerit expressum, pacta conventa fervari [50] oportet. † Sin [autem] donatio quidem talis facta sit, utpote dotali instrumento antecedente, nulla [51] autem pacta tali donationi post nuptias inferantur: re ipsa [52] videatur hoc esse pactum, ut secundum [53] dotales conventiones intelligantur, & in tali donatione pacta fuisse conventa, ut æquis [54] pactibus utraque ambulet, tam dos, quam donatio: ita tamen, ut Leoniana constitutio [55] (quæ super exæquatione pactionum loquitur, non in quantitate, sed in partibus) maneat in his casibus intacta, & non solum ea immutilata custodiatur, sed etiam nostra [56] quam de interpretatione ejus fecimus, ambiguitatem ejus tollentes, dispariubus enim pactionibus factis, majorem lucri partem ad minorem deducendam esse censemus, ut eodem modo uterque minorem partem lucretur.

IN AUTHENT. ut exact. instant. dot. §. illud. coll. 7. tit. 3. al. 5. Novell. 91. cap. 2.

DOs data donationem propter nuptias meretur [57]: præterea si [58] pars mulieris dotem solvere sit parata, cum ex diverso recusetur, &

1 Mulieres raro donant, sunt enim avaræ. 2 Accidit tamen. *l. 10. ff. de conditi. causa data.* 3 3. *Cod. Theod. l. 1. & in fin. §. 1. t.* 4 Olim donatio propter nuptias erat infirmanda, nisi collata fuisset in matremfamilias minorem, *ut hic. & l. ult.* §. 1. *T. de jure dot. l.* 34. §. 1. *T. de donat.* aliud in dote fuit. vide *l.* 31. §. 1. *T. de jure dot.* Constitutionibus Gallicis etiam dos insinuari debet, ut fallitatis nulla fit occasio, quod est longe diversum a Novella Leonis 50. quæ remittit insinuationem cuivis donationi scriptæ. vide quæ dixi ad *Nov.* 127. *c.* 2. 5 Insinuandi tempus non currit minori, nec filiofamilias, qui patris auxilio destituitur. *Bald.* 6 Mater donationem propter nuptias fervare cogitur liberis primi matrimonii. 7 Mater dotem liberis primi matrimonii fervare non cogitur: ideoque potest ea dote in secundo matrimonio fungi, *ut hic*: nisi ex aliis bonis suis tantum præstiterit, aut præstitura fit liberis, quamvum dotis præstiterit secundo marito: sed si præter eam dotem nihil habet in bonis, virilem tantum ex ea conferre in secundum maritum potest, & ita accipienda est lex 6. *in princ. infr. de secund. nupt.* 8 Paria sunt, fieri pro me & per me. *Bald.* 9 Justinianus tamen hanc legem fe fecisse profiterur *l. ult.* §. 1. *T. h. t.* sed jam imperantem cum parte: quo vivo nobilissimus Cæsar, & Imperator appellatus est. 10 Dotem constante matrimonio mulier, vel alius ejus nomine augere, & ampliare potest. *Novell. 97. cap. 2.* Quid, Innata de dotis lucro, non locum habitura sint in hujusmodi dotis augmento facto constante matrimonio? ita putat Rolandus a Valle, eamque sententiam noveni rationibus confirmat *tractat. de dote, quæst.* 100. 11 Auctus quanto fuerit constante matrimonio titulus dotis, tanto donatio propter nuptias a marito potest augeri. *l. 20. vers. Sanximus. infr. h. t. Novell. 97. c. 2.* 12 Remota ratio dubitandi, sumpta ex *l. 1. ff. de donat. inter vir. & similibus.* 13 Id est, donationes. 14 Indulgendum est communi partium consensui. 15 Valet contractus dotis sine donatione ante nuptias. 16 Muliere dotem suam augente, non est necesse marito donationem propter nuptias augere, *ut hic. & Novell. 22. c. 31.* Hodie necesse est, *Novell. 97. c. 2. vers. Primum.* ibid. *sed utramque celebrare omnino augmentum.* adde Authentican proximam. 17 Non majoris, minoris sexus. Cur autem major dote donatio propter nuptias fieri non possit, hæc est ratio, Ne fraus fiat legibus prohibentibus donationes inter virum & uxorem. 18 *L. unic. ff. de rei uxor. act.* 19 Pacta dotis vetera prorogari posse, non negant postiunt. 20 Mulier potest renunciare juri hypothecæ. 21 Pacta in augmento dotis vel donationibus adpofita valent: fed ab eo tantum tempore quo fuerint interpolita, non a prima dotis, aut donationis propter nuptias constitutione. 22 Æquitas servanda est a dote ad donationes propter nuptias obſerva. adde *l.* 20. *T. h. t.* 23 Dos & donatio propter nuptias constante primo matrimonio deminui, mutuo consensu potest: in secundo matrimonio liberis existentibus ex primo, deminui non potest: ne fraus fiat legibus. *T. de secundis nupt.* 24 Vide dictum *l. 6.* 25 Et ita abrogatur pars legis *superioris vis, liceat marito.* 26 Viri facile decipiunt uxores. 27 Hodie propter nuptias donationes dicuntur. *T. h. t.* 28 Nomine emendato, emendatur vitium quod ex qualitate nominis nascebatur. 29 Quod olim donatio ante nuptias dicebatur, hodie propter nuptias donatio appellatur. *Nov. 97. c. 1. §. penult. vers. Sed nos. Instit. de donat.* 30 Et quidem specialem esse contractum. *Nov.* 119. *in princ.* 31 Argumentum a dote ad donationem propter nuptias observa. Licet dotem constituere constante matrimonio, licet ergo marito donationem non tantum ante nuptias, sed post nuptias facere. Quod si post nuptias licet, impropria erit appellatio donationis ante nuptias. adde *l. 19. T. h. t.* 32 Mulieribus magis indulgetur propter fragilitatem sexus quam viris. 33 Dos fit propter nuptias. 34 Dos non potest esse sine matrimonio. *l. 3. ff. de jure dot.* 35 Matrimonium potest esse sine dote, *l. 11. T. de repud. & jud. de morib.* & merito. Constantius enim nuptias facit, non dos. *d. l.* 11. *Novell. 22. c. 3.* Majoribus tamen omnimodo dotem exigit. 36 Constante matrimonio maritus donare propter nuptias potest. 37 Φέρνη dos: ἀντιφέρνη dotis compensatio, quasi contraria dos ex parte mariti, dixi initio hujus tituli. 38 Quæ fit remunerandi causa donatio, non est simplex donatio. 39 Dos ab antiquis inter donationes numerabatur. Non est tamen simplex donatio, fed contractus & quidem specialis. *Novell. 119. cap. 1. in princ.* Cujus distinctionis utilitas summa est: Contractus non insinuantur, donationes insinuantur. *L. sanimus. 34. T. de donationibus.* 40 Donatio propter nuptias, ante & post nuptias celebrari potest. 41 Id est, constante matrimonio. *l. 19. T. h. t.* ut hinc etiam tacite intelligas, donationem propter nuptias non esse simplicem donationem, quia si esset simpliciter donatio, prohiberetur constante matrimonio. 42 Donatio propter nuptias non est simpliciter donatio, sed propter dotem & nuptias facta. 43 Donatio propter nuptias, propter dotem datio. 44 Ergo mulieris propria. *l. 1. ff. de res vind.* & timen res donatæ propter nuptias, dicuntur obligatæ mulieri. *l. 19. vers. Jure. T. h. t.* Sue vero rei nullum pignus conistit. *l. 45. ff. de reg. jur.* Solve: Favore dotis actiones contrariæ admittuntur. 45 Donationes simplices cur vetitæ sint inter maritum & uxorem, vide *l. 1. ff. de donat. inter vir.* 46 *l. 11. infr. de naturalib. liber.* 47 Donatio propter nuptias constante matrimonio facta dotis quantitatem excedere non debet. vide *l. 10. infr. de pactis conventis.* 48 Alias præsumeretur simplex donatio. 49 Adjiciatur. 50 *l. 7. §. 7. ff. de pact.* 51 Dotis pactum extenditur ad donationem propter nuptias, hoc est, eadem pacta in donationem propter nuptias repetita intelligantur, quæ in dote constituta continentur, *ut hic*: Azo *in summa, tit. de donat. ante nupt.* 52 Id est, tacite ex natura contractus. 53 Pacta dotalia tacite repetita intelligantur in donatione propter nuptias, nisi aliqua fuerint expressa in ipsa donatione. Expressum removetur præsumta tacita, dictum venit suppletive: expressum vero supplere non potest. 54 Reciproum in uno correlativum extenditur ad aliud. De relativis alibi diximus. 55 *l. 9. §. de pactis conventis.* 56 *l. 10. T. de pactis conventis.* 57 Dote data seu constituta mulier potest maritum cogere ad constituendam donationem æquali quantitate, qualitate & pactis. Quin, multi tenent donationem ipso jure constitutam intelligi. *arg. hujus authent.* hac similitudine: ut quemadmodum maritus dotis dominus est; ita mulier donationis propter nuptias (licet usumfructum habeat maritus.) Item licet dos foluto matrimonio uxori redditur. *l. 2. ff. solut. matrim.* Ita hæc donatio. *Nov. de æqualitate dotis.* 97. §. 1. Item quantum maritus ex pacto lucrari potest ex dote, tantundem uxor lucretur ex dicta donatione, ut æqualitas in omnibus serveturi licet nullum pactum in lucro tibi donationis intervenerit. *vers. Sin autem donatio.* §. *h. t.* Quæ si ita sunt, parum profunt pacta de lucranda dote, vel dotis parte. Superioribus tamen hæc addenda sunt, multis in locis non fieri tales donationes, uti notat Baldus *hac lege.* 58 Si mulier dotem non dederit, sed tantum promiserit, eamque postea velit dare, maritus vero recuset: mulier dotem, si ea consistit in rebus mobilibus, deponet ac consignabit: si in minus, offeret tantum.

mulier

mulier hoc contestetur; cumque sit res mobilis [1], *signaculo impositio recondat* [2], *aut ingrediens judicium hoc petat fieri* [3], *ut parti viri denuncietur: & sic nequaquam declinanda est donationis exactio. At si* [4] *dilationem dos viro non detur: etiam donatio prorsus denegetur.*

§. 1. Similique modo, si facta quidem fuerit talis donatio, quæ antea [5] quidem *ante nuptias* vocabatur, nunc autem *propter nuptias*, non autem fuerit actis intervenientibus insinuata, licebit etiam constante matrimonio eam insinuare, nullo penitus obstaculo ex nuptiarum interventu faciendo: si [6] enim fieri eas post nuptias concedatur, multo magis insinuari. Similique modo, & ea [7] constitutio, quam pro augendis tam dotibus, quam ante nuptias donationibus fecimus [8], intacta illibataque conservetur: Omnibus videlicet, quæ de simplicibus donationibus inter maritum, & uxorem constante matrimonio, vel a veteribus, vel a nobis statuta sunt, in suo robore duraturis.

In AUTHENT. ut spon. lat. in prin. coll. 9. tit. 2. Novell. 119. c. 1. & in Authent. ut frat. filii. §. illud quoque. col. 9. tit. 10. Novell. 127. cap. 2.

EO decurrsum est, *ut sponsalitia largitas* [9] *specialis sit contractus, nec insinuationem desideret, etiamsi ab alio detur, licet in viri personam donatio fiat, quatenus ipse in hunc contractum conscribat: hoc quantum ad mulierem. At si vir, vel alius qui dederit eam, non insinuet, cum ea sit quantitas, & pacta dotalium concedant parti viri: nullum super eis habeat vir actionem.*

PAter *donationem propter nuptias quam contulit in uxorem, non cogitur servare liberis prioris matrimonii, etsi ad secundas nuptias migraverit: Aliud est, si apud maritum aliquid ex dote, vel aptud mulierem ex donatione vefedit. Illud enim servare liberis prioris matrimonii debet.*

In AUTHENT. de æqualit. dot. §. aliud. coll. 7. tit. 9. al. 8. Novell. 97. cap. 2.

NUnc [10] *inhibetur deminutio, ne fraus fiat liberis prioris matrimonii, quorum unicuique, etiam cui minus datum est, dare tantum cogitur, quantum secunda uxori: ita etiam a parte uxoris.*

TIT. IV.

DE NUPTIIS [11].

Si inter puellæ tutorem, & matrem, & propinquos non convenit.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Portio.

CUm de nuptiis puellæ [12] quæritur, nec inter tutorem [13] & matrem [14], & propinquos [15] de eligendo futuro marito convenit: arbitrium [16] Præfidis provinciæ neceſſarium est [17].

Si pater puellæ instrumento non subscripsit.

2. Iidem AA. Trophimæ.

SI nuptiis pater tuus consensit: nihil oberit tibi, quod instrumento ad matrimonium pertinenti non subscripsit [18].

De liberto.

3. Iidem AA. Valeriæ.

LIbertum [19], qui patronam, seu patroni filiam, vel conjugem, vel neptem, vel proneptem uxorem ducere aufus est; apud competentem judicem accusare poteris [20], moribus temporum meorum congruentem sententiam daturum: quæ hujusmodi conjunctiones odiosas esse merito duxerunt.

Ne liberi concubinas parentum ducant.

4. Imp. ALEX. A. Perpetuo.

LIberi concubinas [21] parentum suorum [uxores] ducere non possunt: quia minus religiosam & probabilem [22] rem facere videntur. Qui si contra hoc fecerint, crimen stupri committunt.

De tacito consensu patris.

5. Idem A. Maximæ.

SI [23] (ut proponis) pater quondam mariti tui, in cujus fuit potestate, cognitis [24] nuptiis vestris, non [25] contradixit [26], vereri non debes, [ne] nepotem suum non agnoscat.

De matrimonio in provincia contra mandata Principum contracto.

6. Imp. GORDIANUS A. Valeriæ.

ETsi contra [27] mandata Principum contractum sit in provincia consentiente muliere matrimonium, tamen post depositum officium, si

1 Si res sit immobilis. 2 Id est, offerat. Nam immobilium oblatio habetur pro datione. Res mobilis ut offeratur. 3 Mulier differens dotis præstationem non meretur propter nuptias donationis præstationem. *Bald.* 4 *l. penult. Instit. de donationibus.* 5 Donatio ex intervallo infirmatur. vafer a tempore donationis non insinuatæ, quasi retro factum trahatur ad præsens. vide Hotoman. 11. *consi. in fin.* 6 Si post nuptias donatio potest perfici, multo magis insinuari potest. 7 *l. 19. supr. h. t.* 8 *Dict. lex* 19. est Justinian. de ea re dixi *ib.* 9 Id est donatio pro. 10 Et ita abrogatur *l. 19. in fin. supr. h. t.* Goth. Vid. Rittershus. *in exposi. Nov. part. 5. c. 10. Novell. Leonis* 50. Anf.

11 Dixi ad *Lib. 23. D. 1.* 12 Τῶν ἀνόμων καὶ ἀθρώπων κόρων ἀωβιβάσθων, impuberis puellæ & pupillæ distinguntur. 4. Harmenop. 4. §. 22. 13 Tutoris arbitrium quæritur in nuptiis puellæ. 14 Matris arbitrium quæritur in eligendo filiæ marito: *l. 20. T. h. t.* Augustin. *epist.* 133. *Rogatus fum ut confirmarem nuptias puellæ, feceremne, nequam: sed mater puella non adest? & ne sola ad nuptias contrahendas voluntatem ejus noverit ariam. adde* Cujac. 3. *obs.* 5. dixi ad *l.* 25. *ff. de ritu nupt.* 15 *l. 18. l. 20. T. h. t.* 16 Facit *l. 3. in fin. ff. de administr. & peric. tut.* 17 Potestne parens committere aliquos arbitrio proferiptum elocande filiæ? potest. *l. 12. ff. de adult. prælect.* 18 Consensus patris requisitur in nuptiis liberorum: at non ejus subscriptio. Ad nihilas nuptiales patris subscriptio, non ad substantiam nuptiarum pertinet. 19 Nubere filiofamilias libertus muliebris mariti non potest. *ad tit. d.* Harmen. 6. §. 30. *l. quamquam in.* 6. §. *mulier. 1. ff. de ritu nupt.* Paul. 2. *sent.* 19. §. *ult.* 20 Hoc abrogatur *Nov.* 78. *T. h. t.* 21 Adde *l. 14. §. 2. ff. de ritu nupt. l. 1. §. 3. ff. de concub.* 22 Et hodie. *l. 1. §. 3. ff. de concub. Novell.* 141. *c.* 3. §. 6. 23 Nuptiis filii pater qui non adversatur, confentire intelligitur: & natum ex eo nepotem alere cogitur. *Synopf. tit.* 4. *cap.* 30. 24 Aliud fi ignoret. *l. 11. ff. de statu homin.* 25 *l. 7. in fin. ff. de sponsa.* 26 Judum igitur præcelere non eft neceſſe: cum ſufficiat poſt cognitas nuptias, non contradicere, hoc eſt, ratum habere. 27 *l.* 38. *l.* 63. *l.* 66. *in fin. ff. de ritu nupt.* 28. *Synopf. l. c.* 30. 28 *Conceptos*, Contius ita reſtituit. *l. ult. c. ex* Thaleleo, & Upiani fragmento 5. & *l. 11. ff. de ſtatu homin.* Græci legunt κυνικῶς τε καὶ ὀλιγαρχικῶς. Poſſimus itaque nou minus interpretari *ſuſceptos*, quam *conceptos. l.* 17. §. 1. *ff. ad Sc. Trebell.* vide Cuj. 13. *obſ.* 25. 29 *d. l.* 63. Goth. adde Cujac. *lib.* 1. *tiguriv.* 14. in eadem voluntate perſeveraverit, juſtæ nuptiæ efficiuntur: & ideo poſtea liberos ſuſceptos [28], natosque ex juſto matrimonio, legitimos eſſe, reſponſum [29] viri prudentiſſimi Pauli declarat.

Si pater non consenserit.

7. Idem A. Apro.

SI (ut proponis) poſt querelam de marito a filia [tua] ad te delatam, diſſolutum eſt matrimonium, nec te conſentiente ad eundem regreſſa [30] eſt: minus legitima conjunctio eſt, ceſſante patris voluntate, in cujus eſt poteſtate: atque ideo non petente [31] filia, petitionem dotis repetere non prohiberis.

Quorum consensus requiritur, vel non.

8. Idem A. Romano.

IN copulandis nuptiis, nec curatoris [32], qui ſolam rei familiaris ſuſtinet adminiſtrationem, nec cognatorum vel adfinium ulla auctoritas poteſt [33] intervenire: ſed ſpectanda eſt ejus voluntas, de cujus conjunctione tractatur.

De nuptiis contra mandata contractis.

Quidam ajunt ſe hanc conſtitutionem in quibusdam exemplaribus reperiſſe. Quam tametſi in nullis libris reperi, nec Græci eam habuerint, ne quid deſideretur, adſcripſi.

Idem A. Rationalibus.

MAniſeſtum eſt, nuptias contra mandata contractis, dotem, quæ data illo tempore, cum traducta eſt, fuerat, juxta ſententiam D. Severi fieri caducam, nec, ſi conſenſu poſtea cœpiſſe videatur matrimonium, in præteritum commiſſo vitio potuit mederi. Dat. Kal. Aprik. *Antiochiæ*, GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De tabulis nuptialibus, vel ad filios pertinentibus.

9. Imp. PROBUS A. Fortunato.

SI vicinis [34], vel aliis ſcientibus, uxorem liberorum procreandorum cauſa domi habuiſti, & ex eo matrimonio filia ſuſcepta eſt: quamvis neque nuptiales tabulæ [35], neque ad natam filiam pertinentes [36] factæ ſint, non ideo minus veritas matrimonii, aut ſuſceptæ filiæ, ſuam habet poteſtatem.

De nuptæ dignitate.

10. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Paulinæ.

CUm te non ex Senatore patre procreatam, ſed ob [37] matrimonium cum Senatore contractum, clariſſimæ [38] fœminæ nomen adeptam dicas: claritas, quæ beneficio mariti tibi parata eſt, ſi fecundi [39] ordinis virum poſtea ſortita es, redacta ad prioris dignitatis ſtatum depoſita [40] eſt.

De uxore a parentibus retenta.

11. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SI invita detinetur [41] uxor tua a parentibus ſuis: interpellatus Rector provinciæ amicus noſter, exhibita [42] muliere, voluntatem ejus ſecutus, deſiderio tuo medebitur.

De filiofamilias.

12. Iidem AA. & CC. Sabino.

NEc filium [43] quidem familias invitum [44] ad uxorem ducendam cogi, legum diſciplina permittit. Igitur, ſicuti deſideras, obſervatis juris præceptis ſociare conjugio tuo quam volueris, non impedieris: ita tamen, ut contrahendis nuptiis patris tui [45] conſenſus accedat.

De instrumentis.

13. Iidem AA. & CC. Oneſimo.

NEque ſine [46] nuptiis inſtrumenta facta ad probationem matrimonii ſunt idonea, diverſum veritate continente: neque, non [47] interpoſitis inſtrumentis, jure contractum matrimonium, irritum eſt: cum omiſſa [48] quoque ſcriptura, cætera nuptiarum indicia [49] non fint irrita.

De libertate contrahendi, vel dissrahendi.

14. Iidem AA. & CC. Titio.

NEque ab initio [50] matrimonium contrahere, neque diſſociatum reconciliare [51] quisquam cogi [52] poteſt: unde intelligis, liberam [53] facultatem contrahendi, atque diſſtrahendi [54] matrimonii transferri ad neceſſitatem non oportere.

De liberta.

15. Iidem AA. & CC. Tatiano.

& Conſt. *lib.* 1. *diſp.* v. 7. §. L. 30 *l.* 18. *ff. de ritu nupt.* 31 Non pernicente, Contius 1. *lect.* 7. non renitente, Cujac. 13. *obſerv.* 25. non parente, *Aurelanenſ.* 32 *l.* 20. *ff. de ritu nupt.* Goth. Vide Georg. Tholoſan. *Syntagm. jur. lib.* 9. *c.* 1. *n.* 13. & Schneidwin. *ad Inſt. Inſtit. de nupt. part.* 2. *requiſ.* 4. *num.* 40. & *ad tit. de adſtipulat. §. omnium. num.* 49. 50. S. L. 33 Imo poteſt. *l.* 20. *in fin. T. h. t.* 34 Nati ex ea, que præſumitur uxor, præſumuntur legitimi, his adde *l. 6. ff. de his qui ſui vel.* 11. S. *in fin. ad leg. Jul. de adult.* Gall. 2. *obſerv.* 29. ut hinc etiam colligas, ignorantiam non præſumi in vicino. *l.* 54. *ff. locati.* adhuc præſumitur ignorantia. *l. 6. T. qui poſſit. poſſ. vel non.* Quia ſi teſtis interrogatus eam rationem reddit teſtimonii, quod videlicet fuerit vicinus, an fidem faciet. vid. Bald. *in l. conventricula.* 15. *ſupr. de epiſcop. & cler.* Bart. in *l. 1. ff. ſi certum petat.* 35 *l.* 13. *l.* 20. *T. h. t. l.* 7. *ff. de ſponſal. l.* 11. *T. de repud. & jud. de morib. Novell.* 22. *Novell.* 74. *Novell.* 117. 36 Nativitatis ſcripturæ ad matres liberos pertinentes, *ἀποχαρτία*, de quibus *l.* 2. §. 1. *ff. de excuſ. fut.* 37 Uxor ſenatoris clariſſima. Senatores igitur clariſſimi. *l.* 13. *T. de dignit. Novell.* 22. *c.* 36. vid. *l.* 100. *ff. de verb. ſign. l. fœmina.* 8. *ff. de ſenat.* 38 Vide quæ ſcripſi ad *l. 5. ff. de curator. furiof. l.* 8. *ff. de ſenat.* 39 Id eſt, inferioris. *d. c.* 36. *l.* 8. *in fin. ff. de ſenatorib.* 40 Quæ iterum nubit, non utitur privilegiis prioris mariti. *d. cap.* 36. *l.* 22. 8. 1. *ff. ad municipalem.* 41 Poena detinentis uxorem alterius: adde *l.* 18 Conſenſus patris requiritur in nuptiis liberorum: at non ejus ſubſcriptio. Ad inhibitionem nuptiales patris ſubſcriptio, non ad ſubſtantiam nuptiarum pertinet. 19 Nubere filiofamilias libertus mariti mulier non poteſt. *ad tit. d.* Harmen. 6. §. 30. *l. quamquam in.* 6. §. *mulier. 1. ff. de ritu nupt.* Paul. 2. *ſent.* 19. §. *ult.* 20 Hoc abrogatur *Nov.* 78. *T. h. t.* 21 Adde *l.* 14. §. 2. *ff. de ritu nupt. l.* 1. §. 3. *ff. de concub.* 22 Et hodie. *l.* 1. §. 3. *ff. de concub. Novell.* 141. *c.* 3. §. 6. 23 Nuptiis filii pater qui non adverſatur, conſentire intelligitur: & natum ex eo nepotem alere cogitur. *Synopſ.* 4. *tit.* 4. *cap.* 30. 24 Aliud ſi ignoret. *l. 11. ff. de ſtatu homin.* 25 *l. 7. in fin. ff. de ſponſ.* 26 Judum igitur præcelere non eſt neceſſe: cum ſufficiat poſt cognitas nuptias, non contradicere, hoc eſt, ratum habere. 27 *l.* 38. *l.* 63. *l.* 66. *in fin. ff. de ritu nupt.* 28. *Synopſ. l. c.* 30. 28 *Conceptos*, Contius ita reſtituit. *l. ult. c. ex* Thaleleo, & Upiani fragmento 5. & *l. 11. ff. de ſtatu homin.* Græci legunt κυνικῶς τε καὶ ὀλιγαρχικῶς. Poſſimus itaque nou minus interpretari *ſuſceptos*, quam *conceptos. l.* 17. §. 1. *ff. ad Sc. Trebell.* vide Cuj. 13. *obſ.* 25. 29 *d. l.* 63. Goth. adde Cujac. *lib.* 1. *tiguriv.* 14.

CONSULTA USO EXCLUSIVO EN LA SALA